

iter quod ceperat perficere studuerunt. Et exeun-
tes hierusalē iterū viderunt stellā eos antece-
dente quevenientes stetit immobilis supra locū
vbi puer erat. Et intrantes domū inuenerunt
puerū cum maria matre eius. Sic vero cōsi-
deranda occurrunt principaliter tria.

Primū dicitur adoratio.

Secundum oblatio.

Tercium reuersio.

Primū qd occurrat considerandū dicitur
adoratio. qz pidentes adorauerunt eū adora-
tione. f. latric. firmiter ipm credentes esse de-
um. Unde Leo papa in sermone ait. Ado-
rant magi in carne verbū. in infantia sapien-
tiam. in infirmitate virtutē. in hoīs veritate
thronū maiestatis. Et Bernar. deuotissime
sic exclamat. Quid facitis q aurū offertis:
ergo rex est iste. Et vbi ē aula regia vbi thro-
nus vbi curie regalis frequentia. Nunqd au-
la est stabulū. thronus psepū curie frequentia
ioseph et maria. Isti insipientes facti sunt vt
fierent sapientes. **S**ecundū qd occurrat cō-
siderandū dicit oblatio. Aptis enī thesauris
suis obtulerūt ei munera aurū thus et mirrhā
Nā vt Remigi⁹ inqt. Fuit traditio antiquo-
rū vt nullus ad deū vel ad regē vacuus in-
troiret. Persi aut et chaldei cōsueuerūt offer-
re aurū thus et mirrhā quibz regio eoz abū-
dat. **E**trum autē oēs illi tres obtulerunt oīa
ista. diuersimode tene a multis. Quidā enī
dicūt q vnus eoz p oībus obtulit ista mu-
nera. Alij vero q vnus obtulit aurū alius
thus alius mirrhā. Alijs videtur et melius
q quilibet eoz obtulit ista tria. Est autē tali-
um munerū oblationis ratio mystica scdm
Augusti. in sermone de ephā. qz aurū ad tri-
butū. thus ad sacrificiū. mirrhā ad sepultu-
ram ptinet mortuorū. Aurū ergo soluit qsi
regi magno. thus immolat vero deo. et mir-
rhā tāqz p salute hoī mortituro. ita q tria pdi-
cta significabant in xpo regā potestātē diui-
nā maiestātē et humanā mortalitātē. Quis-
mō explicet quali gestu qz blanda facie infan-
tulus ille iesus magos excipiebat. Quis eti-
am excogitare valeat qz grauissima et admi-
randa fuerūt ad magos responsa modestissi-
me virginis. Quis adhuc inuestigare suffici-
at illoz regū immobilē fidē. Crediderūt vt
predictū est et adorauerūt xpm deū quē cōspi-
ciebant in paruo tugurio natū de paupcula
matre. Inuenerūt quippe illā vt Crisosto. di-
cit sup mattheū. Nō diademate coronatam.
nō in lecto aureo recubentem. sed vix tunicā
habentē vñā nō ad ornatum corporis: sed ad
nuditatis tegumentū qualē habere poterat

carpentarij vxoz peregre cōstituta. **T**ercium
quod occurrat considerandum dicit reuersio.

Nam vt dicit in euangelio. Responso acces-
pto in somnis ne rediret ad herodē per aliaz
viā reuersi sunt in regionē suam. Cōceperat
quippe ambitiosus et fallax herodēs interfi-
cere puerū inuentū a magis et insuper ipos
de christo loquentes. Duo factū est vt benig-
nitas dei monuerit eos ne ad herodē redi-
rent. ne sic agnosceret natū puerū nec magis
inferret iacturaz. In somnis vero admoniti
esse dicuntur vel ab angelo dei nuncio. vel ab
ipo deo immediate. Nec infantul⁹ iesus ad
ipos locutus est vt vera eius humanitas ha-
beretur. Mira certe et laudibus attollenda
fuit istozū magoz fides. qm vt Crisosto. ait
Non scandalizati sunt in seipis dicētes. Si
magnus puer est hic que necessitas fuge est
et occulte recessionis. Cum vero redierūt ad
propria multos de xpi mysterijs erudierūt.
Et deniqz cū thomas apls ad puinciam illā
applicuisset baptizati sunt. factiqz sunt adiu-
tores pdicationis illius. quozū corpora post
felice mortē primo p helenā Cōstantini ma-
trem reperta et in cōstantinopolim translata.
Postea p sanctū Eustorgiū mediolanensū
archiepū Mediolanū pducta. Ultimo per
Fredericū imperatōrē in Coloniā theotcho-
nie sunt delata. Anime vero simul cum xpo
vivant in eterna gloria Amen.

Sermo decimus de baptismo xpi qm. f. in
iordane voluit a iohanne baptizari.

Venit iesus a gali-

lea in iordanē ad iohannē vt ba-
ptizaretur ab eo. Scribunt bec
verba Math. iij. ca. Oīa q gessit saluator nŕ
dñs iesus xps etiā fm hoīem digne et rōna-
biliter facta fuisse firmiter est tenendum. In
singulis enī actibus et opibz ei⁹ aderat ei im-
periū rōnis et lumē diuinitatis. Nihil in eo
reprehensibile inuenire potuit cuncta rectissi-
me disponebat. Nū autē ad iohannē accessit
poposcitqz baptizari officiū vtiqz sanctimo-
nie et virtutis exoluit. nō se aut leuē aut pec-
catorē oñdit. Propterea vt hoc clar⁹ inno-
scat in pñti sermone de xpo baptizato verba
faciem⁹ cōtemplabimurqz tria mysteria.

Primū dicit psonē baptizantis.

Secundū circumstantia cōgruentis.

Tercium apparitionis excellentis.

Qualiter xps baptizatus fuit a iohāne et
de illi⁹ baptisimi pditōibz.

Capitulū. i.
Rimū mysteriū cōtemplandū de xpo
baptizato dicit psonē baptizantis.

Renel:
aus Arch
episcopo
Columen-
tis deher
14. 1462

Baptizari nāq; voluit a iohanne vt ptz etiā
 Marci. i. c. et Luce. iij. c. De baptismo vero
 iohānis notande sunt in hac pte tres catho-
 lice veritates. Prima veritas fm Ricar. in
 iij. Q. baptismus ille fuit institutus auctori-
 tate diuina. Hoc pbat p illud qd a iohanne
 baptista dictū est Jo. i. c. Qui misit me bap-
 tizare in aq; ille mihi dixit. Sup quē videris
 spiritū descendente z manente sup eū ipse est
 qui baptizat in spū sancto. Idipm ptz quia
 Mat. xxi. Xpo querenti de baptismo iohā-
 nis vtrū esset ex celo an ex hoibus. indei non
 fuerūt ausi dicere q; ex hoibus. Et dicit ille
 baptisū iohānis eo q; ipse solus fuit mini-
 ster primarie institutionis et executionis illi-
 baptismi. Secūda veritas q; si extendamus
 nomē sacramēti ad omne signū rei sacrātis
 suscipiente. sic baptismus iohannis erat sa-
 cramentū: quia expresse representabat xpī ba-
 ptismū: qui est res suscipiente sacrans. Si
 aut restringamus nomē sacramēti ad illud
 qd est sacre rei signū et causa sic nō erat sacra-
 mentū quia nō cōferebat gratiā. Unde dicit
 dñs Bonauen. dist. ij. quarti li. Q. talis ba-
 ptismus fuit institutus p quadā preparatōe
 et assuefactōe ad baptismū xpī. Hinc ē q; in
 glosa Mat. iij. ca. super illo verbo. Ego bap-
 tizo in aqua. dicit sic. Tm corpora lauo qz
 pctā soluere neq;o. vti sic nascēdo et p dīcādo
 ptereo sic baptizando ad xpī baptismū diri-
 gam. Propterea dicit mgr sen. in lra. Q. ba-
 ptisū iohānis respectu baptismi xpī d; di-
 ci fuisse sacrāle. qz fuit quedā pparatio et di-
 spositiō ad illius baptismi susceptionē. Ter-
 cia veritas q; baptizati baptismō iohannis
 simplr iterū debuerūt rebaptizari baptismō
 xpī. Sicut ptz p Aug. sup iohannē. z ponit
 de pte. di. iij. c. aliud. vbi d; Si q; baptiza-
 uit iudas hi nō sunt iterū baptizati. et q; ba-
 ptizauit iohānes iterū sunt baptizati. Idē di-
 cit Aug. li. de baptismo s; donatistas. Et h
 expsse habet Act. ix. c. Qñ baptizatos baptis-
 mo iohānis paul; baptizauit baptismō xpī.
 Notandū tñ fm Bona. Q. quorundā opi-
 nio fuit q; baptizati baptismō iohis si nō ha-
 bebāt fidē trinitat; rebaptizādi erāt. Si aut
 habebāt fidē trinitat; nō oportebat eos reba-
 ptizari. sed sufficiebat man; imponi qz tales
 habebāt ablutionē exteriorē z habebāt fidē
 trinitatis q; interi; insigneabant tāq; chara-
 cter. z habebāt spm sanctū p impositionē ma-
 nuū. et iō nō erāt rebaptizādi. Scotus vero
 in. ij. di. sui qñ dicit. q; dupliciter pt intelli-
 gi baptismū iohānis. Uno mō in forma ba-
 ptismi xpī quā potuit didicisse a discipulis

xpī vel ab alijs audientib; eos baptizare. et
 tūc nō d; ppe baptismus iohānis sicut nec
 baptism; petri vel pauli. Et tales sic baptiza-
 ti nō erāt rebaptizandi. Alio mō pt intelligi
 baptismū iohānis nō i forma xpī sed in aliq;
 alia forma ppa. s. in noīe venturi. vt d; Act.
 xix. c. vel absq; aliq; forma. Et de sic baptiza-
 tis satis videt necessariū q; erāt baptizandi
 baptismō xpī ppter pceptū generale obligās
 oēs: quos nō implebāt sic baptizati a iohāne
 Ideo in hoc passu nō tenet a doctorib; opi-
 nio magistri cōtrariū sentientis.

De triplici circūstātia xpī baptizati. s. cau-
 se. tps. et loci.

Capitulū secundū.

Secundū mysteriū cōtemplandū de
 xpo baptizato d; circūstātie pgruen-
 tis. Triplex nāq; circūstātia i illo
 baptismō cōsiderari pt.

Quare xps in quo nulla immūdictia fuit vo-
 luit baptizari.

Prima dicitur cause.

Secunda temporis.

Tercia loci.

Prima circūstātia cōsideranda in baptis-
 mo xpī d; cause. qre. s. voluit xps a iohanne
 baptizari cū in eo nulla fuerit immundicia.
 Et ad hoc dicit Ambro. sup Lucā. Bapti-
 zatus est dñs nō mūdari volēs sed mūdare
 aq; vt ablute p carnē xpī q; pctm nō cogno-
 uit baptismatis vim haberēt. et vt sanctifica-
 tas relinqret postmodū baptizādis. Qñ aut
 dicim; xpm a iohāne baptizātū. nō putem;
 intelligendū de baptismō ppo quē ipse post-
 modū instituit. s; de baptismō q; baptizabat
 iohānes. vt inqt Aug. sup iohannē. Scdo
 xps baptizari voluit vt inqt Beda ad appro-
 bationē baptismi iohis. Tercio voluit xps
 baptizari fm tho. in. iij. pte. q. xxxix. vt nos
 suo exemplo induceret ad baptismū. Et iō
 ad hoc q; esset efficacior eius inductio voluit
 baptizari baptismō quo manifeste nō indige-
 bat vt hoies ad baptismū accederēt quo indi-
 gebant. Si vero aliq; qreret cur noluit xps
 baptizari baptismō ppo q; erat optim;. De-
 cit tho. q; baptism; xpī est quoddā spiritua-
 le remediū quo xps nō indigebat q; a princī-
 pio sue pceptōis gratia spūs sancti repletus
 fuit. Scda circūstātia cōsiderāda in ba-
 ptismo xpī d; tps. Nā vt dicit luc. iij. c. Qñ
 baptizat; est erat incipiēs qñi annoz trigita.
 Hoc aut pueniēs fuit. vt inqt sanct; tho. tri-
 plici rōne. Primo rōne p dicationis. qz xpus
 baptizabat quasi extunc incipiens docere et
 predicare ad qd requirit pfecta etas qualis

*Secd que ppter baptismū
 voluit a iohanne*

est triginta annorum. **Uñ** **Sen.** xli. c. legit. **Q**ue triginta annorum erat ioseph cum regnare cepisset in egypto sub pharaone. **Silr.** ij. **Re.** v. c. dicitur de dauid. quod triginta annorum erat cum ad regnum fuit sublimatus. **E**t ezechiel anno trigesimo cepit prophetare. ut patet **Ezech.** i. c. **E**t si quis obijceret quod deus reuelauit sapiam danieli pueri vel iuuenis. ut dicitur **xiij. c.** eiusdem. ergo a fortiori debuit manifestari sapientia christi ante trigessimum annum quod factum fuisset si docuisset ante illam etatem. **D**icendum quod christus proponebat hominibus in exemplum omnium. et ideo oportuit in eo ostendi illud quod contingeret omnibus secundum legem communem ut scilicet in etate perfecta doceret. **S**ed sicut dicit **Grego.** nazarenus. non est lex ecclesie quam raro contingit. sicut nec vna herundo verum facit. Aliquibus enim ex quadam speciali dispensatione secundum diuine sapientie rationem concessum est propter legem communem ut ante perfectam etatem officium vel presidendi vel docendi haberent. **S**icut fuit **Salomon** **Daniel** et **Jeremias**. **S**ecunda ratio quare christus baptizari voluit in etate triginta annorum fuit legis implementationis. **I**nquit enim **Ariso.** super mattheum. Futurum erat ut post baptismum christi lex cessare inciperet. **I**deo hac etate christus ad baptismum venit quod posset omnia peccata suscipere ut lege seruata nullus dicat quod ideo eam soluit quod implere non potuit. **S**i ergo aliquis quereret cur fideles christi laudabiliter baptizantur non solum ante trigessimum annum sed etiam in infantili etate et christus baptizatus est tunc prenotato. **R**espondet **tho.** quod ut patet ex dictis. christus non est baptizatus indigens purgatione nec aliquod illi potuit imminere propter dilationem periculum. **S**ed cuius alij non in periculum reducant periculum si ex hac vita discedat sine baptismo. **T**ercia ratio quare christus voluit baptizari in illa etate dicitur perfectio. **D**icit enim intelligi quod baptismus parit viros perfectos secundum illud apostoli ad **Ephe.** iij. c. **D**onec occurrat omnes in unitate fidei et agnitionis filij dei in virtute perfectum in mensura etatis plenitudinis christi. **U**nde et ipsa proprietates numeri ad hoc pertinere videtur. **C**onsurgit enim trigenerarius numerus ex ductu ternarii in denarium. per ternarium autem intelligitur fides trinitatis per denarium autem impletio mandatorum legis. **E**t in his duobus perfectio vite christiane consistit. **T**ercia circumstantia consideranda in baptismo christi dicitur loci. **B**aptizatus namque fuit in iordane ubi difficultas oritur. **C**ur non in mari rubro potius voluit baptizari. **N**am veritas dicitur respondere figure. **S**ed figura baptismi precessit in transitu maris rubri ubi egyptij sunt submersi: sicut peccata delentur in baptismo ergo videtur quod magis debuit baptizari in mari rubro quam in flumine iordanis. **I**nsuper iorda-

nis interpretatur descendens. sed per baptismum aliquis plus ascendit quam descendit. **Uñ** **math.** iij. c. dicitur. **Q**ue baptizatus iesus confestim ascendit de aqua. igitur videtur inconueniens fuisse quod baptizaretur in iordane. **R**espondet **his** sanctus **tho.** vbi. s. quod transiit maris rubri figurauit baptismum quantum ad hoc quod baptismus delet peccata. **S**ed transiit iordanis quantum ad hoc quod aperit ianuam regni celestis quod est principalior effectus baptismi et per solum christum impletur. **F**luit namque iordanis fuit per quem filij israel in terram promissionis intrauerunt. **B**aptismus autem christi introducit in regnum dei quod per terram promissionis significatur. **Uñ** dicit **Jo.** iij. c. **N**isi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. **A**d hoc etiam pertinet quod helias diuisit aquas iordanis quod erat in curru igneo rapiendus in celum. ut dicitur **iiij. Re.** ij. c. q. s. transeuntibus per aquam baptismi per ignem spiritus sancti patet adire in celum. **E**t etiam in baptismo ascensus per perfectum gratie quod requirit humilitatis descensum. secundum illud **Jaco.** iij. c. **D**eus superbis resistit humilibus autem dat gratiam suam. **E**t ad talem descensum referendus est nomen iordanis.

De tribus excellentissimis signis que apparuerunt in baptismo christi. **C**apitulum tercium.

Tercium mysterium preplandum de christo baptizato dicitur apparitio excellentis. **A**pparuerunt quippe mox ut de aqua exiuit tria excellentissima signa.

Primum fuit celorum apertio et patefactio.

Secundum spiritus sancti descensio.

Tercium paterne vocis auditio.

Primum excellentissimum signum fuit celorum referatio. **D**icitur quidem **Mat.** iij. c. **B**aptizatus autem confestim ascendit de aqua et ecce aperti sunt ei celij. **E**t **Mar.** i. c. **S**tatim ascendens de aqua vidit celos apertos. **E**t **Luc.** iij. c. **I**esu baptizato et orante apertum est celum. **H**oc autem secundum communem doctorum expositionem intelligendum est. quod circa christum baptizatum tantus splendor diuinitus effulsit in aere ut viderentur aperti celi sicut in coruscatione videtur fieri. ut dicit **Aico.** de lira. **R**atio vero huius claritatis celestis fuit secundum **tho.** vbi. s. q. xxxi. r. tercie partis. **Q**uia christus baptizari voluit ut suo baptismo consecraret baptismum quo nos baptizari debebamus. **E**t ideo in baptismo suo ea demonstrari debuerunt que pertinent ad efficaciam baptismi nostri. **C**irca quam tria sunt consideranda. **P**rimo quidem principalis virtus ex qua baptismus efficaciam habet que est virtus celestis. **E**t ideo baptizato christo apertum est celum ut ostenderetur quod de cetero virtus celestis baptismi sanctificaret. **S**ecundo consideranda est fides ecclesie et eius que baptizatur que operatur

ad efficaciam baptismi. **U**n baptizati fide pfi-
tentur. et baptismus dicitur fidei sacramentum. p fide autem
inspicitur celestia que sensum et rationem humanam
excedunt. Et ad hoc significandum christo bapti-
zato aperti sunt celi. Tercio consideranda est circa
efficaciam baptismi reuerentia ianue regni cele-
stis quam intramus baptizati que prius homini preclu-
sa fuerat per peccatum. vnde baptizato christo aperti
sunt celi: ut ostenderet quod baptizatis patet via in
celum. Notandum vero in hac parte quod celum apertum
est iesu orante in quo christus dedit exemplum secundum
colam de lyra. Quod in receptio sacramentorum de-
bet mens nostra in deum eleuari. Vel ut dicit intel-
ligi secundum Crisostomum super mattheum. Ex hoc ipsum quod per
baptismum celum aperit creditur est et virtute
orationis christi. Ideo dicitur apertum est ei celum. id est omnibus
propter eum. **S**ecundum excellens signum quod appa-
ruit in baptismo christi dicitur spiritus sancti descensio.
Descendit enim spiritus sanctus corporali specie sicut
colomba in ipsum. ut dicitur Lucam 11. ca. Hoc vero con-
uenienter esse factum inquit Crisostomus. Quoniam
quicquid factum est in baptismo christi pertinet ad my-
sterium omnium qui postmodum erant baptizandi.
Omnes autem qui in baptismo christi baptizantur spiritu
sancto recipiunt: nisi ficti accedant secundum illud
mattheum 11. c. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto
Advertendum tamen est in hoc loco. quod Augustinus dicit
lib. 11. de trinitate. Absurdissimum edicere quod christus
cum esset iam triginta annorum accepisset spiritum san-
ctum. Sed venit ad baptismum sicut sine peccato
ita non sine spiritu sancto. Si enim de iohanne scri-
ptum est quod replebitur spiritu sancto ex utero matris
sue. quod de hoc christo dicendum est. cuius carnis
ipsa conceptio non carnalis sed spiritalis fuit.
Nunc ergo. id est in baptismo corpus suum. id est eccle-
siam figurare dignatur. in quo baptizati precipue
accipiunt spiritum sanctum. Sciendum ad hoc quod
ut Augustinus dicit lib. 11. de trinitate. Spiritus sanctus de-
scendisse dicitur super christum specie corporali sicut co-
lumba non quod ipsa substantia spiritus sancti videre
tur que est inuisibilis. neque ita quod illa visibilis cre-
atura in unitate persone divine assumere. ne-
que enim dicitur quod spiritus sanctus sit columba sicut di-
citur quod filius dei est homo ratione unionis. dicitur
ergo spiritus sanctus descendisse super christum in specie
colombe ratione colombe significantis spiritum
sanctum. Quare autem apparuit in colube specie
triplex ratio assignatur a sancto Thoma. Primo ad
significandum dispositionem que requiritur in bapti-
zato que est ut non fictus accedat. si vult spiritum
sanctum recipere. hoc autem denotat columba que
est animal simplex astutia et dolo carens. Unde
dicitur Mattheum 23. c. Estote simplices sicut colu-
be. Secundo apparuit spiritus sanctus in specie co-
lumbe ad significandum effectum proprium baptismi.

qui est remissio peccatorum et reconciliatio ad
deum. Columba enim est animal mansuetum. Et
ideo sicut Crisostomus dicit super mattheum. In dilu-
vio apparuit hoc animal ramum ferens oliue et com-
munem orbis terrarum tranquillitatem annuncians
Et nunc etiam columba apparet in baptismo li-
berationem nobis demonstrans. Tercio appa-
ruit spiritus sanctus in specie colombe super christum
baptizatum ad significandum communem effectum
baptismi qui est constructio ecclesiastice unionis.
Columba enim est animal congregabile et ami-
cabile. Unde et Santicorum 1. dicitur de ecclesia.
Una est columba mea. Propter dicta necnon
et propter sequentia de voce patris audita plerique
scire cupiunt. utrum species siue voces in
quibus apparuit pater vel filius vel spiritus san-
ctus sint administrate per angelos. Et respon-
det Alex. de ales in primo volumine summe se-
quendo Augustinum in 11. de trinitate. Quod omnes appa-
ritions tam noui quam veteris testamenti excepta
illa apparitione qua filius apparuit in carne per
angelos sunt administrate. vnde species et vo-
ces per angelos formate sunt. Si autem querere-
tur quare spiritus sanctus non formauit illam colum-
bam vel pater vocem immediate. Respondet Alex.
quod hoc pertinet ad excellentiam diuinam et etiam ad
excellentiam rationis creature. Ad excellentiam
quippe diuinam pertinet operari per ministrum
in his in quibus potest minister. Ad excellentiam
etiam ministri pertinet ministrare creatori in
quibus potest. Unde cum angeli superiores ha-
beant deum. Inferiores corporales creaturas
pares rationales competit et sibi et creatori ut
sunt medij in administratione creaturarum cor-
poralium et rationalium. Unde etiam sicut
dicit Augustinus. In operibus miraculosis
sunt ministri angeli quantum ad ea que pertinent.
ut est preparare materiam vel hominem. Nam non
omnia subiecta sunt potestate angelice. Unde
etiam in opere incarnationis fuerunt angeli nun-
cij. Et etiam in operibus iustificationis sunt an-
gelij medij in his que possunt. ut est excitare
intellectum vel affectum. et etiam in generali re-
surrectione in collectione puluerum. Congruit
ergo superiori operari per ministrum. Competit etiam
ministri habere auctoritatem respectu eorum
que infra ipsum sunt. Unde cum assumit cor-
poralis creatura irrationalis ad ostenden-
dum presentiam diuinam competit ut administret
per angelicam tanquam mediam inter ipsam et suum
creatore. Sed contra ista posset quod obijcere quod
carnem in qua apparuit christus filius dei non for-
mauit angelus sed immediate ipse deus. ergo
columbam in qua apparuit spiritus sanctus non
debeuit formare angelus sed immediate ipse deus.

Ad hoc dicit **Alexan.** q non est simile: qz caro illa fuit assumpta in vnitae psonae. Unde xpus vniebat illi carni nobilissima vnione. Nec in illa vnione cōgruebat vt esset principium alia natura q̄s diuina cui vniebat. sed ab eo moueret cui vniebat. Angel⁹ etiam in his q̄ ordinabant immediate ad recōciliationem humani generis nō debuit esse medius sed solū ille qui debebat esse mediator qui. s. erat deus et homo. Et ideo in formatōe corporis xpi vel in administratōe eorū que in psona xpi agebant nō debuit esse angelus ad ministrator sed solus ille q̄ erat mediator. Ille autē species in q̄bus apparuit pater vel spiritus sanct⁹ nō fuerūt vnite ei ita vt ex illis et spū sancto fieret vnū in psona. Nec ordinabant nisi ad ostendendā p̄sentia ipsius dei. s. p̄ris vel spūs sancti. Vñ mediāte alia creatura nobiliori potuit mouere hōi creaturā assumptā ad ostendendā suā p̄ntiam. s. mediāte creatura angelica. Quis tñ hic difficultas quedā. qz si illas spēs et voces formauit et mouit angel⁹ et vniebat illis sicut motor. ergo in illis speciebus nō poterat vere dici miti vel apparere spūs sanctus aut loq̄ pater s̄ pot⁹ angelus. Soluit hec oīa **Aug⁹.** in. iij. de trini. Et licet angelus esset ille q̄ formaret voces illas et spēs. qz tñ nō in psona sua sed in psona dñi loquebat. nec p̄sentia suā sed p̄ntiam dñi demonstrabat. ideo dicit nō angelus sed spūs sanct⁹ apparere et pater loqui. qz oīa hec sunt ad indicandā p̄ntiam dñi et non angeli. Ex premīssis insurgit dubitatio quedā. s. q̄liter spūs sanct⁹ dicat esse in illis sensibilib⁹ creaturis in q̄bus apparuit. Ad qd̄ ita dicit **Alexan.** qz deus i creaturis irrōnabilibus dicit esse dupliciter. Vel sicut causa in effectu. vel sicut signatū i signo. Sicut cā in effectu d̄r esse generaliter in oīb⁹ creaturis essentialiter p̄sentia et potentialiter. qz ipse habet esse in eis sicut tenēs inesse et regēs eas. qz q̄libet creatura q̄tū ad hoc recipit influentiā a deo. aliter tenderet in nihilū. Sicut autē signatū i signo dicit esse dupliciter. Nā est quoddā signū qd̄ est in creatura irrōnabili a natura. quoddā ex institutione. Ex natura dicit oīs creatura irrōnalis ēē signū totius trinitatis q̄tū ad cōditiones penes q̄s determinat vestigiū trinitatis q̄ sunt in oīb⁹ creaturis. Sicut est vnitas veritas bonitas naturalis modus species et ordo et huiusmodi penes q̄ deuenit in cōgnitiōē trinitatis q̄ ad ea q̄ sunt appropriata psonis. Et hoc mō sicut i vestigio vel signo naturali impresso a creatore d̄r esse tota trinitas in oīb⁹

creaturis. Ex institutione etiā dicit aliquā creatura esse signum p̄ntie creatoris. Et hoc mō nō d̄r de esse in oīb⁹ irrōnabilibus creaturis: sed in aliquibus. Nā est quoddā signū institutū ad significandū p̄ntiam diuinā q̄ ad aliquē effectū. et hoc simpliciter et nō ad tps sicut est i sacramētis q̄ instituta sunt ad significandā p̄ntiam diuinā siue spiritū sanctū q̄ ad aliquē effectū gr̄e. Vñ quotienscūqz trāseunt verba sup̄ elementū ad hoc institutū. eo mō q̄ institutū est h̄z rōem sacramēti. Unde sacramentū baptisimi institutū est in aq̄ vt sp̄ habeat fieri in aq̄ et nō in alio elemēto et sic de alijs. Et hoc mō d̄r deus esse in sacramētis. Alio mō q̄s in creaturis alijs irrōnabilibus Vñ p̄ter illū modū quo est ibi sicut causa in effectu est etiā sicut signatū i signo et ad hoc specialiter et ad semp̄ instituto. Est autē aliud signū institutū ad significandā p̄sentia diuinā. nō q̄tū ad omne tps sed q̄tū ad aliquē tps. Et hoc mō dicit fuisse spūs sanct⁹ in columba statu et igne q̄ apparuit sup̄ xpm et super aplos. Nō enī columba assumpta signū erat naturale sed institutū a deo siue a spiritu sancto ad significandā p̄sentia suā nō sp̄ sed ad tps. s. q̄diu māsit sup̄ xpm. Et ipa assumptio ad hoc demonstrandū erat ei⁹ institutio. Et q̄diu fuit assumptio: tādū fuit signū. Erat ergo spūs sanct⁹ in colūba sicut signatū i signo instituto siue assumpto ad tēpus ad ei⁹ p̄sentia demonstrandā. In xpo autē erat deus nō solū sicut i signo: sed sicut vnitus carni vnitae psonali et hoc nō ad tēpus sed ad semp̄. Et hic est modus singularis q̄ nō reperit in alia creatura. Sed nō admittunt q̄ dicta sunt pleriqz curiosi dicētes. qz cū eque nobilis sit psona spūs sancti sicut psona filij. ergo in eque nobili creatura debuit manifestari spūs sanct⁹ sicut manifestatus est filius. Ad qd̄ ita r̄ndet **Alex⁹.** qz assumptio carnis nō ordinabat solū ad ostendendam p̄sentia filij in carne sed ad satisfaciendum p̄ humano genere et ad reconciliandū humanū genus deo. Oportuit autē qz ille q̄ satisfaceret esset deus et homo. deus q̄ poterat et homo qui debebat. Similiter vt ille q̄ erat mediator inter deū et hōiem esset deus et homo. Et ideo filius apparuit vt vnitus illi creature p̄ q̄ debebat satisfacere. Sed assumptio colūbe siue alterius creature nō ordinabatur nisi ad ostendendā p̄sentia spūs sancti ad testimoniū inhabitatōis xpi v̄l aplos eius. Unde erat in illa creatura vt p̄ditim⁹ sicut signatū i signo non in vnione psonae. Quia ergo nihil est perfecte deo vnibile nisi

beatificabile et hoc solū est substantia rōnālis per quā debebat fieri redemptio et recōciliatio. Ideo fili⁹ apparuit solū in creatura rōnali et nō quacūq; sed reparabili. Sed signationi siue demonstratiōi pure magis puenit creatura irrōnalis q̄ rōnalis. ne forte crederetur vnitate psonali sicut filius. Et iō spūs sanctus apparuit in creatura irrōnali tñ. Insup cōgruebat vt sicut erat. distinctio psonarū ita esset distinctio signorū. vñ qz fili⁹ apparuit in natura humana. nō debuit spiritali? sanct⁹ apparere i illa nec i angelica. qz nō erat vnibilis. **T**erciu⁹ excellēs signū qd apparuit in baptismo xpī dī paterne vocis auditio. Audita q̄ppe fuit vox patris dicentis. **H**ic est fili⁹ meus dilectus. s. naturalis. Alij autē sunt adoptiu⁹ in q̄ mihi bñ pplacui. i. in quo volūtas mea cōplebit de salute generis humani. **U**bi claret qz in baptismo xpī tota trinitas apparuit. vt dicit **N**ico. delira sup i. ca. **P**ater i voce. spūs sanct⁹ in columbe specie. et fili⁹ in carne. Et p talē apparitiōē trinitat⁹ demonstratū fuit qz baptis⁹ q̄ baptizantē fideles cōsecrat in inuocatiōe et virtute trinitatis. **F**in illud **P**at. vlti. Euntes docete oēs gētes baptizantes eos in noīe patris et filij et spūs sancti. **V**ilari⁹ autē sup mattheū ita pulcre loquitur. **S**up iesum baptizatū descendit spūs sanctus et vox patris audita ē dicentis. **H**ic est fili⁹ meus dilectus. vt ex his q̄ psumabant in xpō cognoscerem⁹ post aque lauacrū et de celestib⁹ ptrib⁹ sanctū in nos spiritū aduolare et p̄ne vocis adoptione dei filios fieri. **N**otandū vero hic est ppter vocabulū apparitiōis fm **A**lex. in pmo summe. **Q**ue apparitiō aliqñ dī manifestatio facta in aliq̄ effectu intelligibili oblato intellectu. **E**t sic dī **S**apie. i. c. **A**pparet autē his q̄ fidē hnt in illū. **S**ecūdo apparitiō dī manifestatio facta in aliq̄ similitudine corpali oblata imaginationi. **E**t hoc mō dī matth. ij. c. **A**ngelus dñi apparuit in somnis ioseph. **T**ercio dicit apparitiō manifestatio facta in aliq̄ similitudine corpali sensibili oblata visui. et sic vilitato mō dī apparitiō. **Q**uarto mō apparitiō dicit manifestatio facta i aliq̄ signo sensibili repñtato sensui siue illud signū sit visibile siue audibile. **E**t hoc mō apparuit pater in voce in nouo testamento. **I**nsup sciendū vt inq̄t sanct⁹ tho. **Q**ue filius et spūs sanctus qui sunt ab alio dicunt nō solū apparere sed etiaz visibiliter mitti. **P**ater autē qz nō est ab alio apparere quidē p̄t sed visibiliter mitti nō p̄t. **Q**uis igit̄ tā ineptus tā durus aut tā p̄inat de cetero p̄sumat esse vt nō humili corde su-

scipiat q̄ de psonarū diuinarū numero origi ne et p̄prietate tradunt. de celis ad nos veritas ista descendit. **N**ec doceri potuit a thalete milesio vno ex septem sapiētib⁹ astrologo et philosopho. nō ab eius auditoze anaximandro. nō ab istius discipulo anaximane. nō a discipulo anaximanis anaxagora. nō ab archelao discipulo anaxagore. **N**ō a famosissimo socrate ab anaxagora instructo. nō a platone discipulo socratis. nō deniq; ab aristotele auditoze platonis. q̄ oēs successiue scholam tenuerūt vnus post aliū. **N**on ab oībus hmoi p̄his credimus et simpliciter p̄fitemur patrē filiū et spiritū sanctū tres psonas vnā essentiā. qm̄ dignatus est deus clemētiā pietate sua nobis ista reuelare. **Q**uātus error vtiq; detestand⁹ illoz q̄ fabulā narrare nos putant. cū xpī mysteria p̄dicamus cū loquimur de psonis diuinis. dum sacrū baptisma ianuā esse celestis regni docem⁹. **E**cce baptizatur xp̄s a iohāne. et tāta de sup̄nis offerūt se testimonia diuinitatis sue. **Q**uare letētur cuncti fideles ex aq̄ et spū sancto regenerati. sperātes p christianā vitā indubitātē posse ad eternā beatitudinē puenire. **A**d quā nos pducatur filius dei q̄ cū p̄re et spiritu sancto vīit in secula seculorū. Amen.

Sermo vndecimus de ieiunio fame et tēstatione xpī p prima dñica in q̄dragesima.

Dictus est iesus in desertū a spiritu vt tentaret a diabolo. **S**cribunt hec verba math. iij. ca. **D**ocuit nos exemplo suo dñs nr̄ iesus xp̄s equo aīo ferre q̄q; ardua et difficillima si cupim⁹ ad regna celestia p̄perare. qm̄ vt inq̄t **B**reg. in omelia. **A**d magna p̄mia pueniri nō p̄t nisi p magnos labores. **E**t **P**iero. ad **P**aulinum. **N**ihil sine magno labore dedit hec vita mortalib⁹. **O** quod doctor gentiū et vas electōis dicebat **A**ct. xij. ca. **P**ortet nos per multas tribulationes intrare in regnū celoz. **E**t et ip̄e redemptor oīm **M**ath. xi. ca. asserit. **R**egnum celoz vim patit et violenti rapiūt illud. **N**ō suo mō ptulit **S**eneca in tragedijs dicens. **N**on est mollis e terris ad astra via. **I**gitur dei filius postq̄ baptizatus est desertū petijt vbi quadraginta dieb⁹ et noctib⁹ ieiunauit. **E**t cū esuriret aggressus est illū sathanas. varijsq; tentationū p̄lijs eū credidit superare quod cum facere nequiuisset cōfusus abscessit et xpō dño angeli ministrabāt. **Q**uare vt hec oīa clari⁹ intelligant. nosq; p̄mptiores reddamur ad penitentie crucem tolerandū